

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

T. Lvcretii Cari, Libri Sex Nvper Emendati

Lucretius Carus, Titus

Venetiis, XII.1500

Landesbibliothek Oldenburg

Shelf Mark: CIM II 238 C

Hieronymus Auancius Valerio Superchio pisaure si bonam fortunam.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-861890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-861890)

Hieronymus Auancius Valerio Superchio pisaurē
si bonam fortunam.

Dii tibi dent, qđ bene amas, Valeri amicorum spe-
ctatissime. Etsi non ignoro te diuinis medicinæ præ-
scriptis pene obrutum, & publicis mathematices lectio-
nibus, quas frequentissimo auditorio profiteris, distri-
ctum, pro tua tamē in me non uulgari amicitia paulisp
percursum: spero Lucretium hunc meum, cuius ad com-
munem studiosorum utilitatem pene infinita loca cor-
rupta & mendosa corrigere studui, aut saltem totidem
incurata uulnera indicare. Vbi diu cogitans, an qđ
uolebam affectus sim, te unum medicum insignem
delegi, cui hanc remediorum meorum meditationem
honestius aut tutius pensandam committerem. Quis
.n. me solum extreme laborāti, ac fere cōclamato phar-
maca deprompturum opinetur, nisi te uti opificem Ae-
sculapium iudicem uindicēq; constituerim? Quū po-
tissimum te disciplinae omnium cognitione eminenti-
ssimum sapius patauinum gymnasium declarauerit,
quumq; me (ut palam est) mutuo ames, haud patieris,
scio, uigilias nostras prodire, nisi pri⁹ ungue, obelisco,
liturisq; tuis tam multa expunxeris, confoderis, deliue-
ris, ut cætera emendata credi possint. Plus itaq; amāti-
sime Valeri ueritati, quā beniuolentiæ tribuas, a Vale-
rio non ab amico, teque mei studioso nra expendantur
uelim. Diu fateor laboraui, quū uiro insigni obsequēs
emendare adniterer Catullum, priapeias, Ausonium,
Plinii epistolas, ac Papynii siluas, quas omnes castiga-
tiones nunc ipressas adolescens publicauit, cæterum of-
fendi adeo mutilata manca & lacera lucretiana carmīa,
ut ante iucundos labores meos uix ulla pars sincera ma-
neret. occurrebant tot inuersi uersus, tot portentosa di-
stiones, ut iam (nisi Valerius adsit) ad hęc uerborum
mōstra tollenda plures mecum Hercules desiderarim.
Iatabor uel si ostenderis complures Lucretii uersus non
deprauatos, sed a me nō itellectos. Omnino. n. (quod

quærebam, assequar, ut scilicet Lucretium latinorū poe-
tarum scientissimū, & quē maxima æmulatione in ple-
risq; imitatus est p̄cellentissimus Maro, in pristinum
candorem in suam lectionem restitutum conspiciam,
ut iam auspiciis meis uirbius dici possit. Verum si tibi
uariis occupationibus ipedito immensum importu-
nūq; negocium impono, Velim has lucubratiōes Vin-
centio Quirino literarum decori eximio, ac Mecœna-
ti nostro dum animum a philosophorum dogmatibus
occupatissimū relaxare libuerit, legendas & castigand-
as commendes. Pili enim faciam quicquid alii mali-
gne irridebunt, aut inuidenter uellicabunt, si tecū hūc
Academiæ nostræ assertorem, approbatorem subscri-
ptoremq; nactus fuero. Huic certe, quod in luculentissi-
ma mathematices prælectione liquido demōstrasti, tā
fausta undequaque sidera fortitus est, ut nulli sit facili⁹
literarum arcana perspicere, ac uirtutū omnium apicē
attingere. Quare diis bene iuuātib; ad meritissima di-
gnitatum amplissimarum fastigia pleno gradu hunc e-
uasurum spero, & uehementer opto, quum p̄ter singu-
larem humanitatem, inauditam modestiam & incredi-
bilem prudētiam miro disciplinarum amore, atq; acer-
rimo studio beatissimam memoriam & fere diuinū in-
genium excolat, foueatque, Quis præterea Vincentii ī
lris iudicio non lubens acquiescat? quando eundem a-
cutissime disputantem tum nos alias admirati sumus,
tum nup̄ multis honoratis uerbis approbarit uir ex bo-
nis omnibus incomparabilis, alterum huius ætatis p̄ci-
puum lumen, omnium studioꝝ studioꝝq; patron⁹,
omnium scientiarum princeps & pene intimus naturæ
secretarius, interpretq; fidissimus Dominicus griman-
nus, & multiugarū doctrinarum p̄stantia & christiani
cardinis custodia colendus. Quare ut egregi⁹ uates ab
eius consortibus ex intimis Orci penetralibus prorsus
redimat, medijsfidijs debet doctorū nemo honestiss.
optatis meis non obsequi, quum perpauca sint scitu uel
recōditissima, quæ mortalium aliquis non probe tene-

at uobiscum eruditos omnes, qui opus hoc adsumunt, rogatos uelim, singuli singulas emendationes nostras plegant examinet, & pro arbitrio castigent. Amplius naq; mihi quis satisfaciet, si q̄ male hntia Lucretii loca amē itacta assignauerit, & q̄ amē pperā reformata recognouerit, in legitimam lectionem reposuerit, quā si scriptis qualibuscūq; contentus uigiliis nostris applauserit. Nō .n. is sum, qui me hui⁹ omnium deprauatissimi uatis pene infinitas mendas dempsisse censeam. Quin nisi quis ocyus, qd̄ malim, nra hęc acriori lima animaduernerit, polliceor fore, si quā a diuina Hippocratis nostri lectioe dieculam succidere ualero, ut hęc emdationum eundem me & authorem & exactorē plane cognoscant. Interim Lucretium iucundissime Valeri opa mea iam se cōmodius habentem, ac ut arbitror conualescentē, ubi tu, scientissimūq; Quirinus suaseritis, emittemus, parum uerētes iniquā scrupulosæ curiositatis conditōem faciles quasq; potius labeculas, quam infinitas, ut ita dicam emaculatiōes aiaduersurā, quum p̄fertī hęc editiōnem iprimēdā curarit Aldus Manutius homo latinis græcisq; lris eruditus, earundē mirifice cultor, & adeo instaurator ut nō tam Pisistratus & Nicanor Seleucus, aut. M. Varro de his promeruerint. Athenis. n. illi, Romæ Varro uel unicam & quidem priuatam bibliothecam congesserunt. Aldi uero solertia innumerabiles latinæ, græcæ, ac hebrææ linguæ authores, quā emēdatissimi passim hntur, habebūtur q; . Lucretiū autē eo accurat⁹ Aldus affectat, quatenus eū illustri Alberto pio Carpoꝝ Principi inscripturus sit, qui nō Mineruæ mō, sed Apollinis ēt ingenuas arres, ac studia uniuersa, quibus poema suū ubertim refertit Lucreti⁹ examussim teneat, nec mirum quidem, quando in eius splendidissima domo portic⁹ lyciū aut acadēmiam nequaq; desideret. Vestris igitur studiis Aldo assidente labores nostros bonis non igratos fore speramus. Diu ualeas. Kalendis Martiis. M. ID,

Hieronimus Auancius Veronensis,
bonarum literarum studiosis
ocium optat.

Vt probi uiri intelligant, unde corruptissimum Lucretii poema sine antiquo exemplari emendare, ac publicare sim ausus, sciant mihi ad hanc operam Aristotelis problemata, meteora que admodum profuisse, multa etiam deprauata correximus ex uersibus citatis a Prisciano Macrobio, & ante omnes Marcello, apud quem tamen sapius pro Lucretio, Lucillius est suppositus, Verum mihi nil æque suppetias tulit, quam Lucretius ipse qui non duos modo quatuor uel, aut decem uersus idem repetit, sed uigintiocto in fine primi libri, & in principio quarti eosdem uidebis, quæ omnia nemo deprehendet, nisi qui diutina lectione omnia Lucretii carmina edidicerit, retinuerit que. Vnum affirmare ausim Omnis enim per se diuina natura necesse est, cum quinque sequentibus, ex prologo, cum abundant demedos esse, hos aptius legas, cum de magna Matre agit. *lib. 2.*

Super quosdam uersus aliorum industriam expectabimus, ut cum legitur. Interdum in pallam atque allidens iachia que uertunt, & distichum post illum uersum. Cum tuba depresso grauius sub murmure mugit. & illud distichum, is locus est cumas apud, & cætera. & Nam ratio cum sanguine ab humoribus omnis & quæ in tractatu de uisu & imaginibus confusa & transposita sunt.

In proemio legerem Reficit æterno, non reiicit, nam re nouies producit in compositione, sed geminat tunc consonantes, ut reccidere, reduco, & licet statim dicat Quando alid ex alio reficit, palam est poetam unam syllabam uariare uel in uno uersu in eodem significato, ut Propertius eorum, & Catullus pharsaliam coeunt, pharsalia tecta frequentant, & Lucretius. Crassaque conueniant liquidis, & liquida crassis.

Idem multis pedibus abutitur, ut Anapesto in prima sede ut aciebus, & in ultima Dactylum ut omnium, ac tri-